Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Calisti papae mense octobrio die XIIII.

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

equus eius a diabolo arreptus proiecit eum super la-
pidem. & nec corpus eius uisus est usque in hodiernum
diem. & ecce exiit fama hec per totam prouintiam
& in omne diuersorum. Hec audiens Meigitius
pater puschisii consularis ira repletus. Iter arripu-
it ad urbem siracusanam in mendulas. & ueniens
cepit penas parare sanctis. Uidentes autem sancta lucia
& sanctus geminianus fremitus poenarum. expauit
sancta lucia & fugit & non habuit ubi se absconderet
& suspirauit ad dominum. & ecce subito medius mons
crepuit. & abscondit sanctos dei tribus diebus & tribus
noctibus. Tertia uero die aestus factus est magnus
in sole. & sitien sorum. & de medio inferni crepidi-
nis fluuius aque processit. Unde sancti potati sunt.
Erat ergo locus aridus ubi aqua non inueniebatur.
Cum autem sancti potati essent. orauit sancta lucia ad dominum
dicens. Qui in principio celum & terram uerbo con-
stituisti. qui de limo terre hominem formasti & spiritum
uite ei inspirasti. Te deprecor domine ihesu christe filius dei
uiui. Accipe spiritum meum in hac uita per te elitamen.
& perduc me ad portum uite aeterne. & dum con-
plesset orationem. in gloria domini emisit spiritum. Ui-
dens autem sanctus geminianus. amouit eam de loco.
& non potuit sepelire corpus eius. Custodiuit autem
sanctum funus usque in diem tertium. Tertia uero die as-
cendens de crepidine. in ipso ore crepidinis ab inimi-
co (ex)ceptus gladio uitam finiuit. & deorsum unde
ascenderat corruit. Descendente igitur percusso-
re eius. transiens quedam mulier nomine maxima
christiana ualde que erat de imperio plinthitano
odore suauitatis accepto cepit inquirere. Unde
odor emanaret. Quedam cognouisset & descen-
deret in crepidinem. inuenit ibi sanctorum corpora. & a-
periens portitorium uestis sue. & sumens omnia
uestimenta sua pretiosa. sanctorum corpora sepul-
ture tradidit. & ecce angeli descenderunt de celo.
& uenerunt trahentes tabulas marmoreas. Unde
sanctorum sepulcra reddita. & eorum in ipsis sepulta sunt
corpora. sed in superioribus ... basilica eorum
fabricata est. De qua uero quam dominus condonauit
orationibus sancte lucie. si quis potatus fuerit quali-
cumque infirmitate possessus. sanus abscedit. Agitur
autem natalis sanctorum lucie & geminiani sub
die sexto decimo kalendas octobris. In nomine patris
& filii & spiritus sancti. Cui est honor & gloria in secula seculorum amen.

EXPL· PAS· SCOR· LUCIAE ET GEMINIANI·

INCIPIT· PASSIO· SCI· CALISTI· PAPAE· MENSE· OCTOBRO· DIE· XIIII·

xiiii·

Temporibus macrini & alexandri. incendio
diuino concrematum est pars capitolii ame-
ridiano. & in templum iouis ruit ma-
nus sinistra aurea & reliquata est. Uenerunt autem
aruspices & sacerdotes ad alexandrum dicentes.
ut sacrificiis & odoribus placarentur dii ipsorum.
Hoc audiens alexander. iussit fieri petitionem ipsorum.
& dum sacrificio uterentur. subito celo sereno.
mane die iouis fulmine diuino. mortui sunt quattu-
or sacerdotes idolorum. & ara iouis incendio concre-
mata est. & factus est dies obscurus. Ita ut omnis po-
pulus romanus fugeret foris muros. & cum asper-
geretur populus per fugam. uenerunt transtiberim
in urbem ad templum rauennatium. & audierunt
in quodam cenaculo multitudinem christianorum
psallentem. Inter quos erat calistus episcopus urbis romae cum
clero suo. Audiens autem unus ex consulibus
nomine palmatius multitudinem collectam christia-
norum in quodam loco. nunciauit alexandro dicens.
Magne princeps hoc signum ideo factum est.
quia cultus sordescit. Si ergo purificata fuerit.
gaudebimus simul de gloria culminis uestri.
& res publica uestra fulgebit. Alexander dixit.
& purificetur. tamen declara nobis. que est ip-
sa purificatio. Respondit palmatius. ut profani
non sint. Alexander dixit. qui sunt profani.
Respondit palmatius. Christiani. Alexander dixit.
Ego precepi & semel & iterum. ut ubi cumque in

sacrificia
uenti fuerint puniantur. aut offerant diis inmortalibus. Respondit palmatius dicens. Piissime augustorum. ego audiui dum tristis essem propter signum quod factum est. quomodo cantus et incantatoribus in quodam loco clamabant. in regione trans tiberim multitudo christianorum. unde non mirum causam facit hoc signum. Dixit ei alexander. accipe potestatem. ut ubicumque eos inuenerit tribulas. ad sacrificandum ad placandos deos. aut terte et qui sitire eos tormentis affligere. Tunc palmatius accepta potestate. et collecta multitudine militum uenit trans tiberim. ubi collecta erat multitudo christianorum cum beato calixto. Inter quos erat calepodius senex presbiter. et uenientes in quoddam cenaculum ingressi sunt cum militibus. et dum ingressi fuissent omnes hi decem milites. subito ceci facti sunt. Respondit calepodius presbiter sanctus et dixit. filii mei quem queritis? Illi autem clamabant dicentes. accendite nobis luminaria uel lucernas quia obscuratus est in nobis locus iste. Dixit autem calepodius presbiter. Deus qui uidet omnia. ipse cecauit oculos uestros. Tunc palpantes illi descenderunt de cenaculo ceci. Haec autem cum uidisset palmatius timore territus. fugiens nuntiauit omnia alexandro. Eodem die alexander iussit ut omnia loca quae ceca facta fuerant in conspectu suo deducerentur. et dum cognouisset milites cepit clamare. O uere optimi uidetis magica istorum? Respondit palmatius et dixit. si per magicam ista facti sunt? absit. uirtutes deorum nostrorum. Iubet itaque pietas uestra offerri et immolari deis. ne pereat res publica a peiorum incantatione. et precepit alexander. ut immolaretur mercurio. et responsa cognosceret. Emanauit autem preceptum in uerso uulgo. ut omnes ad capitolium occurrerent de urbe roma. ita tamen ut qui inuenti fuissent in habitaculis suis die mercorii. omnes interficerentur. Et misso precone ita declaratum est. ut omne uulgus die mercorii sine dilatione ad capitolium occurrerent. Palmatius uero cum omni domo sua uenit ad capitolium. tempore et cum dies et factum est dum occasione peculum effunderetur sanguis et incantarent carminibus sacerdotes. bacchantur uirgines templi quarum una nomine iuliana arrepta a demonio clamabat dicens. Deus calixti. ipse est deus uiuus et uerus. qui ipse indignatus est pollutionibus rei publicae uestre. et ecce iter et rege mortalem uestrum. quia non adoratis uerum deum. Audiens hoc palmatius solus cucurrit ad beatum calixtum in regionem trans tiberim. in urbem rauennatium. et misit se precipitans. et introiuit in domum ubi collecta erat multitudo christianorum. et cecidit ad pedes beati calixti episcopi dicens. Cognoui dominum deum christum esse uerum quem demones confessi sunt hodie. per sanctum te coniuro ut liberes me a cultura demonum. et lapidum. et baptizes me sicut predicas. Dixit ei calixtus episcopus. Noli errando deridere ueritatem. Respondit palmatius cum lacrimis dicens. Domine meus non derideo. quia cognoui in necessitate et in responso uirginum. quia deus christus est. Respondit calepodius presbiter senex et dixit ad calixtum episcopum. Beatissime pater. ei baptismum noli negare. Eodem tempore indixit ei ieiunium uno die. et caticizauit eum. Et allata aqua dedit in plurimo pariter quae erat in eadem domo benedixit. et deposuit palmatium in pelluem. dixit ei beatus calixtus episcopus. Credis ex toto corde. in deum patrem omnipotentem. factorem omnium uisibilium [illegible] et inuisibilium. Respondit palmatius. credo. Et in [illegible] christum ihesum filium eius. qui natus est de spiritu sancto ex maria uirgine. Sanctam et sanctam ecclesiam. remissionem peccatorum. carnis resurrectionem. Et clamauit uoce magna palmatius cum lacrimis. Credo domine. Eadem hora cepit clamare et dicere. Uere uidi dominum ihesum christum lumen uerum. qui me inluminauit. Baptizauit autem et omnem domum palmatii et uxorem et filios promiscui sexus numero quadraginta duo. Ab eadem die cepit palmatius omnem facultatem suam pauperibus erogare christianis. et requirens

Respondit palmatius credo. Et dixit ei. Et in spiritum

regiones uel criptas sicubi inuenir& aut in custodia
aut absconsos xpianos & desicultatibus suis uictum uel
tegumentum eis ministrabat. Post dies uero XXX (triginta)
duos requiritur palmatius ab alexandro. Cui re
nuntiatum est quia xpianus factus est & alios sua
de&. Tunc alexander iussit sibi eum presentari.
Qui contentus fuit & a quodam torquato tribuno
& missus in custodiam mamurtini. & post triduo
intimauit alexandro torquatus palmatium in cus
todia mancipatum. Tunc alexander gaudens ius
sit sibi eum presentari. & uinctus catenis ingre
ditur ad alexandrum. Quem cum uidiss& alex
ander iussit eum solui & dixit ei. sic amens fac
tus es palmati. ut derelictis deos & queris hominem
mortuum? palmatius tacuit. Dixit ei alexander.
Loquere fiducialiter. non timeas. Respondit pal
matius dicens. si datis licentiam loquimur veri
tatem. Dixit ei alexander. & excepta iniuria deorum
loquere. Dicit ei palmatius. Optime princeps.
si aduertas non sunt dii. sed sunt factum hominum
mortalium. Modo quidem cognoscat mansuetu
do uestra quid oberit ea liquis fieri. aut qui fabri
cantur a mortalibus. quales sint uos iudicate. sed
precans ego infelix claritatem tuam. ut dicas deo
tuo & loquatur. & dum eum interrogauero respon
deat mihi. & dum hoc factum fuerit. uendo fero deos
quos tu dicis. Dixit ei alexander. & quomodo a cuna
bulis tuis presedisti. & modo dereliquisti eos?
Respondit palmatius. feci quasi infelix. modo autem
cognoui quod uerum est. Deprecare precor dnm ihm
xpm ut ignoscat mihi quia ignorans peccaui. Ea
dem hora subridens alexander. tradidit eum cuidam
simplicio senatori dicens ei. Habe eum penes te
sine aliquo timore. sed mollibus sermonibus reuoca
eum ad culturam deorum. Talem enim hominem
res publica nra necessarium habet. Accepto palma
tio simplicius senator uestimentis illius nobilibus in
duit eum & duxit in domum suam. Qui simplicius
ibi precepit uxori sue uel maioribus domus sue. ut

omnem domum simplicii in potestatem habere&.
Tunc palmatius ieiuniis & orationibus uigiliarum
studens. non cessabat lacrimis dnm patrem omnipoten
tem & dnm ihm xpm filium eius deprecari. ut poeni
tentiam agere& de errore suo. Clemens autem ad eum
quidam felix nomine. cuius uxor in lecto iacebat an
nis quattuor. & misit se ad pedes palmatii dicens ei.
Confessor dni nri ihu xpi. & ora pro ancilla tua
blanda uxore mea. ut liberetur de lecto doloris. & re
cipiam baptismum tecum. Quia diu est quod
morbo paralitico tenetur. & aetum facultas nra
defecit. Tunc palmatius presente uxore simplicii
& omni familia cecidit in terram. & lacrimis orare
coepit cum felice dicens. Dne ds qui inluminasti
seruum tuum. & donasti mihi lumen aeternum
dnm ihm xpm. alleua ancillam tuam blandam.
& alleua eam de lecto doloris. ut cognoscant omnes
quia tu es creator omnium rerum. Eadem
autem hora uenit blanda pedibus suis currens
ad domum simplicii senatoris clamans & dicens.
Baptizate me in nomine dni nri ihu xpi. qui tenuit
manum meam & leuauit me. Tunc felix coepit
urguere beatum palmatium ut baptizaretur.
Eadem uero hora beatus palmatius misit ad scm
calistum epm. & ueniens baptizauit felicem
cum uxore sua blanda. Hoc uidens simplicius
senator. cecidit ad pedes calixti epi cum omni do
mo sua ut baptizaretur. Tunc beatus calixtus eps
fiducialiter dixit. Congrega& dns triticum in hor
reum suum. & baptizauit omnem domum simplicii
& uxorem & filios & familiam eius. animas fere pro
miscui sexus numero LX octo. Tunc beatus calepodi
us prbr gaudio repletus. coepit clamare in domo sim
plicii. Gloria tibi dne ihu xpe. qui dignatus es. de te
nebris ad lucem ducere facturam tuam. & de errore
liberare. fac cum seruis tuis secundum magnam misericor
diam tuam. Hoc audiens alexander factum quia
multitudo hominum baptismum percepiss& per beatum
calixtum epm. misit & certum militum & tenuit omnes